

Въ виду часто поступающихъ къ намъ запросовъ, гдѣ и какъ можно приобрѣсти „Списокъ жуковъ Ярославской губерніи“ А. И. Яковлева (реф. см. въ Русск. Энт. Обозр. 1903, стр. 126—131), спѣшимъ указать еще разъ (ср. тамъ-же, стр. 121), что эта работа входитъ въ составъ Iго тома „Трудовъ Ярославского Естественно-Исторического Общества“, который можно выписать прямо изъ названного Общества (адресъ: Ярославль, Екатерининская ул., д. Губернскаго Земства). Цѣна книги 1 р. 50 к.

Ред.

Novae species tibetanae generis *Carabus* (L.) (Coleoptera,
Carabidae).

Auctore

Andrea Semenov, petropolitano.

***Carabus ladygini*, sp. n.¹⁾.**

Rhigocarabus (Rtt r. 1896; Sem. 1898); *Car. morawitziano* Sem. proxime affinis, sed minor, praesertim angustior et gracilior; antennis longioribus dimidium corpus nonnihil superantibus; capite paulo minus crasso, oculis multo magis convexis et prominulis temporibus statim pone oculos fortius constrictis; pronoto multo minore et angustiore, longitudine suâ 1,15—1,3 tantum latiore (vix transversali)²⁾, lateribus ante medium perparum dilatato, longius ante angulos posticos evidenter subsinuato, his retrorsum paulo magis porrectis, callulo marginis lateralis paulo tenuiore; coleopteris angustioribus quam in plerisque speciminibus *Car. morawitziani*, paulo magis opacis, sculpturâ saepius subobliterata, tuberculis catenarum (limitum primariorum) angustiusculis, oblongioribus, minus graminiformibus; pene in ♂ aliter configurato: apice multo latiore, obtusiore, subdepresso; pedibus gracilioribus et paulo longioribus, tibiis posticis sulco dorsali multo minus expresso, interdum fere obliterate; ceterum cum *C. morawitziano* consentaneus; iisdem colore et habitu.

Long. ♂♀ 13,5³⁾—16,2, lat. 5,5—6,3 mm.

Hab. in regione elatâ Tibetiae orientalis (unacum *Car. morawitziano* Sem.): jug. Amnen-kor, alt. 13.—14.000' s. m. (IV. 1900); convallia septentrionalis ejusdem jugi declivitatis, alt. 13.500' s. m. (init. VI. 1901). divertium aquarum fl. Chuan-che (Hoang-ho) et Yang-tse-kiang, alt.

¹⁾ In honorem B. Th. Ladygin, membra expeditionis Kozlowianae in Tibetiam (1899—1901), nominata.

²⁾ In *Car. morawitziano* Sem. pronotum valde transversale est, longitudine suâ plerumque saltu sesqui latius.

³⁾ Habemus praeterea specimen abnorme (♂) 11,5 mm. longum, 4,5 mm. latum.

13.500—14.000' s. m. ($\text{II}/3$ V. 1901); riv. Njamtsu, in system. fl. Yang-tse-kiang, alt. 13.500' s. m. ($\text{II}/2$ VII. 1901) [exped. P. Kozlov!]. — Specimina numerosa ♂♀ (coll. P. Semenov).

Carabus facetus, sp. n.

♀. *Cychrostomus* (Ritter 1896; Sem. 1898); *Car. anchocephalo* Ritter proxime affinis simillimusque, sed angustior, pronoto minus lato, longitude mediâ vix (1,15) latiore, lateribus medio etsi obtusissime parumque, tamen subangulatum dilatato, deinde antrorum simpliciter obliquatum (haud rotundatum) angustato, apice angustiore quam in *C. anchocephalo*, margine lateralí ante medium nequaquam reflexo neque explanato, ante angulos posticos multo angustius quam in *C. anchocephalo* reflexo, his paulo minus lobatis, apice acutioribus, callo marginis antici medio multo crassiore; coleopteris angustioribus, magis ellipticis, humeris multo minus lobatis, dorso minus convexis, limitibus omnibus bene indicatis, sat crebre sed non asperatim interruptis, primariis paulo magis quam ceteri eminentibus, limbo paulo angustius minute asperato, epipleuris paulo angustioribus; tibiis posticis sulco dorsali magis determinata (imprimis ad basin tibiae), angustiore, sed fundo opaco quoque; ceteris insignibus, colore et habitu cum *Car. anchocephalo* congruens.

Long. ♀ (cum mandib.) 24,5, lat. 8,2 mm.

Hab. in Tibetia orientali, a lacu Kuku-nor meridiem et simul occidentem versus⁴⁾: angustiae Chatu in declivitate septentrionali jugi Burchan-buddha, alt. 11.—12.000' s. m. ($\frac{1}{2}$ VII. 1901) [exped. P. Kozlov!]. — Solum specimen (1 ♀) (coll. P. Semenov).

Carabus kamensis, sp. n.

♂. *Neoplesius* (Ritter 1896; Sem. 1898)⁵⁾; *Carabo kashkarovi* Sem. proximus, a quo tamen valde discrepat staturâ paulo robustiore, formâ corporis latiore, palpis maxillaribus articulo penultimo praeter duas setas ordinarias setulâ accessoriâ praedito (semperne?); pronoto lateribus a basi usque ad $\frac{2}{3}$ aequabiliter leniterque subrotundatum dilatato, ante angulos posticos nequaquam sinuato, his retrorum directis, apice acutioribus, etsi breviter porrectis, basi nonnihil arcuatim excisâ, disco fortius grosse rugoso, inter rugas minus evidenter, etsi fortiter quoque punctato, callulo marginis lateralis manifeste remote crenulato, callo marginis antici multo crassiore utrinque subrugoso; coleopteris

4) *Carabus anchocephalus* Ritter. habitat montana a Kuku-nor orientem versus sita. Cf. A. Semenov: Horae Soc. Ent. Ross., XXXI, 1898, p. 523.

5) Quod subgenus, Reittero secutus, perperam in seriem *Caraborum tribacogenicorum* retuli (cf. Horae Soc. Ent. Ross., XXXI, 1898, p. 441); re verâ ille seriei *Caraborum megalodontogenicorum* ascribendum, nam subgeneri *Pseudocranio* Ritter proxime cognatum est, id quod inter alia *Car. kamensis*, sp. n., nec non *C. fumigatus* Sem. manifestant.